

Tab. 3. tur VI. rerum: a b c d e f combinationes
 ab acad a e a f possibiles, prima autem res à ducta per
 . b c b d b e b f cæteras facit combinationes V. nempe i-
 . . cd ce cf pso numero unitate minores; secunda b
 . . . de df per cæteras ducta tantum IV. non enim in
 ef antecedentem a duci potest, rediret enim
 prior combinatio b a vel a b (hæc enim
 in negotio combinationis nihil differunt) ergò solùm in sequen-
 tes quæ sunt IV; similiter tertia c in sequentes ducta facit III.
 quarta d. facit quinta e. cum ultima f. facit I. sunt igitur combina-
 tiones 5. 4. 3. 2. 1. ꝑ. f. 15. ita patet numerum combinationum
 componi ex terminis progressionis arithmeticæ, cujus diffe-
 rentia: 1., numeratis ab 1. ad numerum numero rerum proxí-
 mum, inclusivè; sive ex omnibus numeris Numero rerum mino-
 ribus simul additis. Sed quia uti vulgò docent Arithmetici, ta-
 les numeri hoc compendio adduntur, ut maximus numerus du-
 catur in proximè majorem, facti dimidius sit quæsitus; & verò
 proximè major h. l. est ipse Numerus rerum, igitur perinde est
 ac si dicas: Numerum rerum ducendum in proximè minorem,
 facti dimidium fore quæsitum.

Probl. II.

DATO NUMERO COMPLEXIONES SIM-
PLICITER INVENIRE.

Datus Numerus quærat inter Exponentes progressionis 8
 Geometricæ duplæ, numerus seu terminus progressionis „
 ei è regione respondens demta Unitate erit *quæsitum*. *Ra-*
tionem, seu τὸ διότι difficile est vel concipere, vel si conceperis
 explicare. τὸ ὄτι ex tabula N manifestum est. Semper enim
 complexiones particulares simul additæ addita unitate termi-
 num progressionis geometricæ duplæ constituent, cujus expo-
 nens sit numerus datus. Ratio tamen, si quis curiosius inve-
 stiget petenta erit ex disceptione in Practica Italica usitata,
 Vom Zerfallen. Quæ talis esse debet, ut datus terminus pro-
 gres.